



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Dissertationes Juridico-Theologicæ De Jure, & Justitia

Karchne, Simon

Augustæ Vindelicorum ; [Graz], 1714

§. III. An doctrina superior procedat etiam de Religiosis Episcopis, & promotis ad beneficium inferius Episcopatu

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40013**

## §. III. Dissertationis I. Articuli VII.

*An doctrina Superior procedat etiam de Religiosis Episcopis, & Promotis ad beneficium inferius Episcopatu.*

DE hoc vide à num. 397.

## §. IV.

*Satisfit objectis contra numerum 62.*

63. **O**bjicies primò multos Canones, sententias Patrum, & Conciliorum, quibus dicunt bona superflua Clericorum esse Pauperum; Clericos non esse Dominos, sed Administratores, Procuratores, &c. eosque si in profanos usus expendant esse fures, & sacrilegos, sed si ita est, pauperes habent jus ad rem relatè ad superflua, proinde Beneficarij non sunt plene eorum Domini. Ergo, *Resp.* Primò si Adversarij ex Canon. sanctis Patribus &c. Volunt evincere intentum, debent etiam ipsi negare Beneficarios esse Dominos congruè sustentationis, habentes Patrimonium: nam ut habetur *Can. Clericos causa prima. q. 2.* S. Hieron. scribens ad Damasum Papam ait: *Ecclesia stipendijs sustentari convenit eos Clericos, quibus nulla Parentum suffragantur bona: qui autem bonis parentum possunt sustentari, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium committunt.* Et S. Prosper, *Can. Pa-*

*stor Ecclesie citato loco dicit: Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat accipiunt, & tamen Adversarij concedunt nobiscum Beneficarios esse Dominos congruè sustentationis: quis neget seculares esse plene Dominos superfluatorum? & tamen simili loquendi modo utitur D. August. Epist. 58. ad Bonifacium comitem virum militarem relatus Can. final. c. 12. q. 1. si privatam, inquit, possidemus, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procuracione nobis usurpacione damnabili, vindicamus.*

*Resp.* Secundò Canones aliquos conditos esse ante factam divisionem, quo tempore erant omnia communia Clericis; aliquos loqui post divisionem, ac erecta Beneficia pro casibus, in quibus constabat de portione separata pauperum: idcirco simplicius Gaudentium Episcopum obligabat ad restitutionem per *num. 60.*

Alios